Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



228

uobis ⁊ persecuti uos fuerint et dixerint omne
malum aduersum uos mentientes propter me.
Gaudete ⁊ exultate quoniam merces uestra co
piosa est in celis. Secundum Lucam

In illo tempore dixit dominus Qui uos audit me
audit et qui uos spernit me spernit. Qui
autem me spernit spernit eum qui me misit. Re
uersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio dicen
tes. Domine etiam et demonia subiciuntur nobis
in nomine tuo. Et ait illis Videbam satanam sicut
fulgur de celo cadentem. Ecce dedi uobis potesta
tem calcandi super serpentes et scorpiones et su
per omnem uirtutem inimici et nichil uobis no
cebit. Verumtamen in hoc nolite gaudere quia
spiritus uobis subiciuntur gaudete autem quod no
mina uestra scripta sunt in celis. Secundum Math.

In illo tempore dixit dominus Ecce ego mitto uos
sicut oues in medio luporum. Estote igitur prudentes
sicut serpentes et simplices sicut columbe.
Cauete autem ab hominibus. Tradent enim uos in
concilius et in synagogis suis flagellabunt